Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



℣.

Tunc aspergantur cerei thurificẽtur et illuminentur diaconus qꝫ incipiat antiph:

Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tue israel: Ps. Nunc dimittis: cum Gloria patri. et post quemlibet versum iteratur antiph: Lumen. deinde sequitur ℣r. Accipiens simeon puerum in manus suas.

Omnipotens sempiterne deus. qui vnigenitum tuum ante tempora de te genitum sed temporaliter de virgine Maria incarnatum. lumen verum et indeficiens. ad depellendas humani generis tenebras. et ad incendendum lumen fidei et veritatis. in mundum misisti. concede propicius. vt sicut exterius corporali. ita etiam interius luce spirituali mereamur irradiari. Per eundẽ

Ad processionem antiphona:

Aue gratia plena dei genitrix virgo. ex te enim ortus est sol iustitie illuminãs